# De gordiano et pancratio

dit spūssanctus. Secūdo p verbi dei deuo
tam ⁊ attentā deuotōem. Act. x. Adhuc lo
quente petro cecidit spūssanctus. ⁊ c. Ter
cio p assiduam oꝑationē. quod notatꝰ ī ma
nuū īpositione. Act. viij. Tūc īponebāt ma/
nus sup illos ⁊ c. Vel īpositio manuū sig/
nificat absolutionē. que fit in confessioē

## De nomine.

Gordianꝰ dr a geos. qd est doma siue do/
mus. ⁊ dyan quod est clarū quasi clara do
mꝰ. ī qua deꝰ habitat sicut dicit Aug. in li.
de tri. Bona domꝰ est ꝑibus mēbris dispo
sita ampla ⁊ lucida. sic iste scūs fuit pariter
dispositus p concordie vnitatē. amplus p
caritatem. lucidus p veritatē. Epimachus
dr ab epi quod est supra ⁊ machos pugna
quasi pro supernis pugnans.

## De sancto. Gordiano

Gordianus vica
rius Juliani imꝑatoris cū quēdā
xpianū noīe Januariū ad sacrificadū com
pelleret. ad predicatōem tñ ipsius Janua
rij ad fidem cū vxore sua noīe Marina. ⁊
liij. viris conuersus est. Quod audiēs Ju
lianus iussit Januariū in exiliū mitti Gor
dianū vero si sacrificare nollet capite trūca
ri. Decollatus est ergo Gordianꝰ ⁊ corpꝰ
eius per septem dies ad canes ꝓiectū est.
Sed cū oīno remansisset intactū: tandem
a familia sua rapitꝰ. ⁊ cū beato Epimacho
quem dudū predcūs Julianus occidi fece
rat sepelitꝰ non longe ab vrbe: miliario for/
te vno circa annū domi. ccclx.

De sanctis Nereo ⁊ Achilleo quere
in tabula.

## De nomine

Pancratius dicitur a pan quod est to
tum. ⁊ gratus quod est citius. quasi
totus cito gratus. hoc est ī sua puericia. vel
sicut dicitur in glosario. pancras dicitꝰ ra/
pina. pancranarius flagellis subiectus. pā
crus lapis varie coloratus Ipsē enim rapu
it predam demonum captiuorum: fuit sub
iectus flagellis tormentorum. coloratꝰ va
rietate virtutum.

## De sancto Pancratio.

Pancratius nobi
lissimis parentibꝰ ortus dū apud
frigiam patre ⁊ matre orbatus esset sub cu
ra dyonisij patrui sui relictus est. Ambo er
go Romam vbi largum habebant patri/
moniū redierunt. In quorum vico Corne
lius papa cum fidelibus latitabat. A quo
quidem Cornelio cum predictus Dyoni
sius ⁊ Pancratius fidem christi recepissēt
tandem Dyonisius in pace moritur. ⁊ pā
cratius capitur ⁊ cesari presentatur Erat āt
Pancratius annorum quasi. xiiij. Cui di
xit cesar Infātule suadeo tibi ne mala mor
te moriaris. quia cum puer sis facile deci/
peris. et quia nobilis comprobaris ⁊ caris/
simus meus filius extitisti rogo te vt rece
das ab hac vesania. vt velut filium meū te
habeam. Cui Pancratius. Et si puer sum
corpore. cor tamen gero senile ⁊ virtute do
mini mei ihesu christi terror vester tantum
apud nos est quantum hec pictura quā cer
nimus Dij autem tui quos me hortaris co
lere deceptores ⁊ germanorum stuprato/
res fuerunt. qui etiam nec ꝑentibus pepce
runt. ꝙ si hodie seruos tuos cognosceres
protinus occidi iuberes. tales deos miror
quō colere non erubescis Augustus quoq
reputans se a puero victū. iussit eum ī via
aurelia decollari. circa ānos domī. cclxxxv
Cuius corpus Octauilla senatrix diligen
ter sepeliuit. Ad eius sepulchrū vt aitꝰ gre
gorius. thuroñ. si quis falsum iurare volu
erit anteq ad cancellū chori perueniat: aut
statim a demone captus insanit. aut cadēs
in pauimentū protinus vitam ꝑdit. Lis si
modica inter duos erat. ⁊ iudex reū mīme
ignorabat. zelo igiturꝰ iusticie iudex ductꝰ
ambos ad altare sancti Petri duxit. ⁊ ibi/
dem reum innocentiam suam quam pretē/
debat iuramento expiare coegit. rogans A
postolum vt aliquo iudicio ostenderet veri
tatem. Cum autem ille iurasset ⁊ nil mali

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0202
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG